

Problema Librorum IX, X, XI, de Doctrina Temporum.

Quicumque libro quinto Scaligeri de Emendat. Temporum: tum in tertio Isagogicorum Canonum de insignibus historiaram epochis disputans Scaliger ex ingenio suo aliorum ad inventa, & sententias adtexuit; si duo, triave satis commodè dicta ab eo exceperis; ea partim falsa, vel minime probabilia; partim sibi invicem contraria sunt.



LIBER DECIMUS-TERTIUS

Qui Chronologiam, hoc est temporum rationem, & eam doctrinam, inchoat, hinc contact.

APPENDIX OPERIS

Veterum quorundam Opuscula continens de Ptolemaei ratione.

Table listing various works and their page numbers, including 'Epistola de Ptolemaei ratione', 'De Ptolemaei ratione', etc.

DIONYSII PETAVII DE SOCIETATE JESU, DE DOCTRINA TEMPORUM. LIBER NONUS.

CAPUT I

De Periodo Juliana, ejusque praxi in annis Eusebianis, Judaicis Ptolemaicis, & ceteris omnibus.

In omni Scaligeriana temporum doctrina nihil est melius, & utilius, quam Periodi Julianæ methodus, quam ille ad Chronologiz munimentum adhibuit. Ea constat annis 7980, hoc est Dionysiana periodo annorum 532. per Indictionum orbem, id est quinquaginta, multiplicata: ut ex tribus cyclis in se ductis universa constituta sit; nempe Solis, annorum xxviii; Lunæ, annorum xix; & Indictionis annorum xv. Hi sunt temporum characteres, ac nota certissima, quibus à se invicem discernuntur. sine quibus penè inutilis est omnis Chronologi labor: molestissimus certe est, ac difficultatibus innumeris obstitus; quæ usui periodi istius, & cyclorum nullo negotio devitantur. Sed de Periodi Juliana & characterum Chronologicorum opportunitatibus dictum est libro septimo cap. viii. Redeo enim ad Scaligerum, qui Periodi illius utilitates, & commodam non sine causa prædicavit. Ac profecto in tot scriptis ab eo Chronologicis libris nihil ferè est, quod momentum aliquid ad rem ullam habeat; quodque reprehensionem erigat, præter particulam istam, quæ Juliana Periodi methodum explicavit. Itaque ut reliqua illius merito damnamus, atque ob intolerandos errores ab omni Historiæ usui rejicimus: ita artificiosum hunc annorum orbem, utrumque cyclorum magni pro eo, ac debemus, facimus, ut ex eo candorem nostrum Lector agnoscat: ac nos intelligat non Scriptoris odio, vel amulatione gloriæ; sed Veritatis amore ductos, in eam doctrinæ totius inquisitionem incumbere. Quamquam in eo castigandus est nonnihil Scaliger; quod se Periodi illius inventorem, ac methodi fuisse glorietur. Hanc enim à Græcis transtulit; qui annos ab orbe condito numerantes, horum duo cyclos per eosdem illos tres cyclos partiri solent; ut postea dicitur. Tamen non eosdem Solis ac Lunæ cyclos computant; quos Romani. Exempli causa annus Natalis ære communis, qui cyclo notatur Solis ix, Lunæ i, Indictæ iii, vel à Septembri, iv; est annus in Græcorum æra vulgari 5509. Quos si per 28, & 19, ac 15, dividas, relinquetur cyclus Solis xxi, Lunæ xviii, Indictæ iv. Quare Græcorum imitatione Scaliger trium cyclorum unum ad communem Latinorum æram ac-

commodavit. in quo uti sua laude fraudandus non est; sic illius inventi gloriam sibi omnem arrogare non debet. Utrum verò perinde Græci artificiosam epocham, ac periodum consecrati sint; an potius ipsa illum condito ab orbe numerum annorum inierint; postea disputabitur.

Præterea in hoc capite libri hujus, quo Periodum Julianam exposuit, nonnulla obiter aspersit falsitatis plenissima; ut de Nicæni Concilii tempore, ac ceteris, quæ suis locis excutientur.

Atque ut Julianæ Periodi magis ac magis usus approbetur: utque quod libri hujus, ac secundæ Partis institutum est, certis annorum intervallis suas in illa Periodo sedes assignemus; primum illud universè considerandum est; quod & alibi scripsimus; nonnullos esse historiæ, Chronologiaque cardines; hoc est memorabiles quasdam epochas temporum; de quibus, citra controversiam ullam, constans est auctorum vel omnium vel plurium certè potiorumque consensus. Quæ quidem velut æmula sunt, & Lydii lapides, quorum beneficio dubiis, & obscuris lucem asserimus; & Chronologorum omnium sive errata deprehendimus; sive rectè ab iisdem constituta probamus, ac defendimus. Qui igitur Chronologicum cujuspiam opus experiri velit; is unum aliquod, vel plura ex confessis illis & contestatis intervallis arripiat, quorum situm in Juliana Periodo notatum habeat: ad eaque num reliqua convenienter subtiliter inquirat. Talis est autem imprimis Christi communis epocha; à qua 1623, hic annus putatur. Neque enim hic de vero Natali anno Salvatoris agitur: sed de æra tantummodò, titulove temporum; qui in eo anno fixus est, à quo millesimus sexcentissimus & vicesimus tertius iste numeratur. Huic igitur annus in Periodo Juliana tribuitur 4713, quo natus ponitur Christus. Sic & annus primus Olympiadicus, vel Iphiti, qui septingentesimus septuagesimus sextus est ab eodem natalis anno, convenit in annum Per. Jul. 3938. Annus primus Urbis Varronianus in annum 3961. Capitolinus autem in 3962. Annus primus Nabonassar coepit 3967. quæ omnia singillatim postea demonstranda sunt. Accedunt anni reliqui cælestibus, & indubitatis phenomenis, tamquam characteribus insignes, de quibus itidem postmodum dicitur. His itaque veritatis vestigiis ac notis instructos ad temporum examen aggredi nos oportet. Posteaquam enim annum ejusmodi aliquem in Chronologica serie designatum habueris, & ad Periodum Julianam applicaris; de anno Periodi Julianæ subtrahere annos ab initio mundi; ut anni primi conditus rerum ab auctore illo constituti in Periodo Juliana situm agnoscas. Reliquos deinde annos eadem in Periodo facillè consequeris. qui ut ad illa, quæ paulo antè dixi;

Ratio examinandæ Chronologie cujusvis.

DE DOCTRINA TEMPORUM

Quare annus 6133. inchoari videtur à Septembri anni ejusdem unà cum Indictione XIV. Atqui cap. XXI. cum de Solis epactis agit, non solum anni caput in Kalend. Aprilis collocat, sed etiam exemplum subiicit, quod alia omnia persuadeat. Docet enim quod magis est, de quo videlicet proxime loquebatur, quemque Indictione XIV notaverat; epactas Solis, sive ultimam Martii fuisse feriam sextam, & Kal. Apr. feriam VII: quod contigit anno Christi 640, cyclo Solis Romano V, littera A, currente adhuc Indictione XIII, & anno Heraclii XXX. Quocirca si is annus Constantinopolitanus computi fuit 6133, coepit necesse est Indict. XIII, & à vere anni 640. Sed augetur difficultas ex eo, quod idem cap. XIII. tradit, primum annum Enneadecaeteridis incipere Martii XXI: postremum vero definire Martii XXI: atque ut Luna epactas habeamus, multiplicandum esse propositum annum per XI, & per XXX. quod collectum est, partiendum esse. Jam si primus Enneadecaeteridis annus à XXI Martii mensis inchoetur, erit idem omnino Graecus iste cycclus cum Romano, sive Dionysiano; hoc est primus unius erit alterius primus: siquidem Martii XXI, cycclus I adscriptus est. Dividuntur anni 6133. per XIX, reliqui sunt XV, qui epactas ex methodo gignunt XV. Convenit autem cycclus Luna XV. anno Dionysiano 641. Proinde si anni caput à verno mense ducatur, qui 6133. numeratur, inuit anno 641, non, ut superiora monstrabant, anno 640. At ecce turbat iterum cap. XIX, ubi rationem investigandi Paschatis ostendit. Hoc enim anno ab Adamo 6133, cyclo Luna XV, Solis I, Paschalem terminum, sive decimam quartam incurrisse dicit in Kalend. Apr. feria I, cum epacta Solis essent VII. Conveniunt characteres isti in annum Dionysianum 641. Quare qui fieri possit, ut eidem anno 6133, epacta Solis duplices competant, nempe VI, & VII. Hac sunt anigmatisimilia.

Maximi Baloci ratio.

Verum Maximus, nisi fallor, duplicem annum in anno habuit. Alius enim civilis, alius Ecclesiasticus, & Paschalis fuit. Annus civilis unà cum Indictione à Septembri coepit: Ecclesiasticus ab Aprilis; quo cum cycclus Luna, Solisque cum epactis utriusque initium habuerunt. Quod ab Aprilis annus Ecclesiasticus inierit, ostendit epactarum tam Solis quam Luna methodus. Nam epacta Solis est feria ultima diei Martii; epacta Luna ætas ejusdem III. Kalend. Apr. Præterea epactas anni primi docet esse tantum IX, non XI: videlicet quod Novilunium anni primi Enneadecaeteridis incidat in XXI Martii; à quo ad Kalend. Apr. novem sunt reliqui dies. His animadvertis, annus civilis ab Adamo 6133. coepit anno Dionysiano 640. à Septembri unà cum Indictione XIV, currente adhuc cyclo XIV. Luna, Solis XXVIII, cum epactis Solis VI, à mense verno. At cycclus Luna XV, Solis I, epacta Solis VII. in anno Dionysiano 641, imputari coeperunt anno 6133. Idem enim civilis annus duobus cyclis respondet. Cum autem Maximus magis est dicit epactas Solis fuisse VI, de Ecclesiastico anno loquitur, non civili.

Quis sit Græcorum computorum.

Quod si annus computi illius 6133. coepit anno Dionysiano exente 640, consequens est Natalem vulgaris ærae incurere in annum 5493. ineuntem à Septembri. Et quamvis 5493. per XIX. divisi dant cycclus Luna II, nondum tamen à Septembri cycclus ille currebat, sed primus, anno Periodi Julianæ 4713, qui est cycli Dionysiani primus: Cycclus vero secundus eidem anno 5493. attributus est anno Dionysiano sequente, verno, uti diximus, tempore. At Isaacus Monachus scribit annum ratione cycli Solis inire ab Octobri, ratione lunaris à Kalendis Jan. in quo ab aliis discrepat. Hac si verè constituta sunt, affirmandum videtur, Græcas æras, quatenus ad Dionysianam, velut regulam diriguntur, esse tantummodo duas, non autem tres. Etenim si Natalem annum Christi Constantinopolitanum consideres, non tres, sed multo plures computos distingues. Sin annum aliquem certum, cui vulgaris æra nostra Natalis competat, observes: invenies in duobus computis tam annum 5501, quam 5494, uno & eodem anno Christi Natalem incidere; nimirum, ut Panodoro placebat, anno 5493. quem quidem alii à Septembri, alii ab Aprilis antecedente numerare coeperunt. Quod hac ratione demonstrare licet. Quoniam enim in annis Constantinopolitanis cycli Solis, ac Luna à Romanis magnopere dissentiant, non possumus illis ducibus Dio-

nyfianos annos in Constantinopolitanis computis invenire. Unde vel Indictione opus est, vel certus aliquis annus ex feriarum, aut Luna characteribus designandus, qui in Dionysianis annis investigetur. Sumamus igitur annum illum Heraclii XXI, qui à Maximo statuitur mundi 6133, Indict. XIV. Coepit hic, ut dictum est, anno Dionysiano 640. Heraclii quippe XXI. inuit eodem anno, ut ad Nicephori Breviarium olim observavimus. Mortuus est vero anno Dionysiano 641, Martii XI. Igitur ex Maximi doctrina Natalis Dionysianus incurrit in annum computi Græci 5493, quatuor jam mensibus inchoatum, Indictione ineunte IV.

Hoc ipsum & Theophanem fecutum esse, non vana fortasse conjectura fuerit. Ac Georgius quidem Monachus, cujus opus Chronologicum à Theophane continuatum est, anni exordium in XXV. die Martii fixum & stabile posuit, ut paulo ante notavimus. Theophanes vero deinceps annos singulos unà cum Indictione à Septembri inchoasse videtur. Sic annus mundi 6102, quo Heraclius imperium exorsus est, cum Indictione XIV, inuit circa Octobrem mensis, perseveravitque ad Julium & Augustum usque sequentis anni Dionysiani. Item annus 6103 similiter Maium & Augustum anni inequentis occupavit. Sed in priore exemplo pro anno 6102, scribendus est 6103, ut paulo post dicetur. In quo illud observandum venit; posteriore in isto computo ad Indictionem habendam annis mundi unitatem adjici; quod ex Maximo perinde ac Theophane liquet. Maximus enim annum Heraclii XXI. coepisse dicit Indict. XIV, anno mundi 6133. Quod si annis 6133. per XV. dividas, reliqui erunt XII. Deest igitur, ad Indictionem unitas: quod Maximus minime prætermisit, qui & causam affert ejusmodi. Nimirum quod prima Indictio contigit anno II. Augusti, mundi 5494, qui per XV. partiti, dant XV. unde cum idem hic annus numeretur Indictionis primus, unitate minor est annorum mundi computus, quam Indictionum. Hac ille parum probabiliter. Neque vero nos in exquirenda causa nimis esse sollicitos decet, dum de re ipsa constat. De Theophane, quòd plura sunt in ejus Annalibus exempla, claris idipsum ostenditur. Scribit anno mundi 5494, Indictione V, Octobri, Calchedonenfè Concilium celebratum esse. Annus erat Christi 451, quo Indictio V. coepit à Septembri. Jam si 5494. per XV. restant IV. Igitur ad annos mundi unitas additur, ut propria anni cujusque Indictionem obtineat. Sic anno mundi 6036, Indictione VII, Septembris VI, feria I, ingens terræ motus exiit. Annus hic fuit Christi 543, cyclo Solis XX, littera D. Si annos 6036. in XV. tribuas, reliqui erunt VI, non, ut postulat Indictio, VII. Idem & in anno mundi 6053. periclitari potes; quo Septemb. IX, feria V, Indictione IX. fama sparsa est de obitu Justiniani, qui erat annus Christi 560, littera DC. Similiter & in anno mundi 6071, Indictione XI, qui respondebat anno Christi 578. Atque iterum reliquis in annis ferè constanter observabis, annos mundi per XV. divisos unitate minus, Indictionem Constantinopolitanam reddere. Ex quo consequens est, quod proxime significavimus, annum illum mundi, quo Heraclii Imperatoris primus inuit, male apud Theophanem numerari 6102, & Christi 602. Debet enim esse mundi 6103, Christi 603. Annus enim hic erat Christi Dionysianus 610, quo à Septembri Indictio Constantinopolitana coepit XIV. Divide annos 6103. per XV, restant XI. Rectè ut ex superioribus apparet. Itaque addenda est unitas, ut Indictionem competat. Nos Theophanis manus scriptos codices duos nacti sumus; alterum, qui superior est, ex Bibliotheca Cl. V. D. Leuvillei; alterum ex ea, quam Illustr. Card. Joieusa nobis legavit; qui & à priore multum discrepat, & ab aliquo interpolatus videtur. In illo ita que concipitur annus mundi 6102, Christi 602, in posteriore 6106, Christi 606. mendosè ut ex annis sequentibus patet. Imperitus enim Librarianus hoc est 606. pro 591, id est 603. scriperat. Ita enim utrobique legendum. Atque indidem constat Græcos annos à Christo longè pauciores computare, quam non modò rei veritas, sed & Dionysiana æra postulet. Velut ecce annus primus Heraclii, qui in Dionysianum exeuntem 610. incurrit, anno Christi 603. tribuitur; quod & ex Maximo colligitur, qui annum XXI. Heraclii ait esse Christi 633. ex quo fit, ut primus ejusdem Imperatoris cadat in annum 603; rectèque pro-

Theophani non computatus cunctus.

Natalis Christi Græcorum computorum.

LIBER NONUS, CAP. III.

pterea fit à nobis emendatus Theophanes. In cujus computo & illud apparet; Natalem ærae vulgaris convenire in annum mundi 5493. Si enim anno 5493. ineunte coepit annus Christi 451, quo Synodus Calchedonenfis habita est: primus ejusdem ærae, adeoque Natalis vulgaris congruet anno 5493. ante menfes IV. inchoato. Proinde verum est, quod monuimus; in utraque æra, tam primâ, quam secundâ, Natalem Christi vulgarem eundem in annum competere. Præterea manifestum est Natalem Christi Constantinopolitanum in aliis omnibus æris, præter primam, Dionysiano tardiorum esse: ut suo loco fufus explicabitur.

Georgius Monachus principium annorum à XXV. Martii coepit. Quinetiam addit Nisan Hebraicum ab eadem die semper incipere. Nisan, inquit, est die in qua post pascheven ineunte, prima Sabbatorum, eademque Nisan Judæici mensis primi, qua in XXV. Martii una semper & eadem incurrit. Hæc sunt imperitissima. Nam & falsum est primo die Nisan resurrexisse Christum, & Judæici Nisan caput esse fixum nequaquam potest. Verruntamen annum, ut dictum est, à XXV. Martii incipit. Kōpas ista (paulo post ait) εστίν, ἡ θύρα σωτηρίας ἐν τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ Μαριάμ. Anni mundi 5334, divine Incarnationis 34, prima dies anni illius Martii 25.

Atque Theophanes, qui Georgii Monachi opus continuavit, annos singulos cum Indictionibus inchoavit à Septembri. Sic annus mundi 6102, quo Heraclium inuit scribit, cum Indict. XVI. coepit, & Julio adhuc, Augustoque Juliani inequentis anni tenuit. Item annus 6103, similiter Maium & Augustum anni sequentis obtinuit. Sed in priore exemplo pro anno 6102, scribendum est 6103, ut paulo post constat.

Proximum est, ut Natalem annum Christi ad Græcos illos computos accomodemus. Qui quidem dupliciter spectatur. Nam ut Natalis ille agitur, quem ex opinione sua Græci constituunt: aut vulgaris, quem in communi usurpamus. Si de priore sermo sit, non solum totidem sunt, quot computi. Sed in eodem quoque computi genere variè definitur. In prima quidem æra, que infra 5500. annos consistit, Panodorus incarnatum asserit, natumque Christum anno 5493. Alii tamen anno 5494, alii 5495. Natalem tribuunt. Cedrenus, exempli gratiâ, primum Heraclii annum scribit esse mundi 6103, Christi 609. Detractis annis 609. de 6103, residit 5494. Primus igitur incidit in 5494. vel 5495. Sic annum mundi 6188. confert cum anno Christi 694. Unde sequitur annum primum Christi convenire in alterutrum annorum, quos dixi. Idem & ex anno 6273. conficitur, quem cum anno Christi 779. comparat. Tametsi variat interdum, & hallucinatur Cedrenus. In æra secunda Natalis Christi confertur in annum 5501. Alii rejiciunt in 5500. In tertia denique, quam ultra 5500. annos excurrere docuimus, Natalem Christi Chronici Alexandrini auctor assignat anno 5507.

At si de Natali æra communis loquamur, à quo Christi annos vulgò computamus; duplex tantummodò constituendus est: adeoque non plures ærae, sive computi, quam duo. Itaque priores duo in unum coalescunt. Quippe anno 5493. Natalis communis attribuentur est tam in æra prima, quam in secunda. In tertia verò, anno 5509. quod hac ratione demonstratur. Quoniam enim in anno Constantinopolitanis cycli Solis & Luna à Romanis magnopere dissentunt; non possumus illis ducibus Dionysianos annos in Constantinopolitanis computis invenire. Ideo vel Indictione opus est: vel certus aliquis annus ex feriarum, aut Luna characteribus designandus, qui in Dionysianis annis investigetur. Sumamus igitur annum illum Heraclii XXI, qui à Maximo statuitur mundi 6133, Indictione XIV. Coepit hic, ut dictum est, anno Dionysiano 640. Igitur ex Maximi sententia, Natalis vulgaris incurrit in annum 5493. ineuntem Indictione IV. Sic apud Theophanem, qui & ipse secundum computi genus amplectitur; annus primus Heraclii coepit anno mundi 6103, Indictione XIV. In annis vero Dionysianis inuit anno 610; cujus à Septembri coepit Indictio XIV. Quare annus Christi 610. coepit quarto mense jam exacto anni 6102. Detractis ergo 610. de 6102, restant 5492. Quare

re anno 5493, ejusque quarto mense Natalis Christi vulgaris assignandus est. Ita Calchedonenfè Synodum auctor idem celebratam esse scribit anno mundi 5494, Indict. V, Octobri mense. Huic annus respondet exiens Dionysianus 451, quo Indictio Constantinopolitana coepit à Septembri. Hac ratione sequitur anno 5493. Natalem Christi vulgarem incidisse. Rursum Theophanes idem anno mundi 6050. ineunte Justiniani 31, scribit Octobris XIX, feria VI, Indictionis V, terram movisse, cum instaret Sabbatum. Est hic annus vulgaris ærae, 557, cyclo Solis VI, littera G. Proinde Octobris XIX, feria VI. Indictio verò V. coepit à Septembri. Utrouque ergo caractere munus hic annus ostendit ærae vulgaris initium cadere in annum mundi 5493. Sic anno sequenti, mundi 6051, Maii VII, fuit III. feria. Annus hic est Dionysianus 558, quo littera Dominicalis erat F. Item anno mundi 6054, Indictione X, Octobris die XII, feria IV. fuit Justiniani anno XXXV. Hic est annus ærae communis 561, quo & Indictio X coepit à Septembri, & cyclo Solis X, littera F. Exiis evidens est annum Natalem Christi communem in secundo illo computo quadrare in annum mundi 5493.

At in tertio computo, qui supra 5500. annos, septem, vel novem ad Christi Natalem adjicit; idem hic Natalis Christi communis cadit in annum 5509. quod eodem argumenti genere, id est, Indictionum, & characterum beneficio colligitur.

Atque Alexandrinum quidem Chronicon in anno Christi natali fœdissime conturbat, ut suo loco demonstrabitur. Quare nihil hinc ad institutum nostrum transferri potest. Verum ex anno, quo Nicanum Concilium peractum est, Constantinii scilicet XX, demonstrare licet. Hunc ab orbis initio numerat Chronicon 5833, Indictione XII. Constat autem anno vulgaris ærae CCCXXV, Indictione XII. labente Concilium illud esse celebratum. Annus ergo Christi CCCXXV. coepit fine anni mundi 5832. siquidem annorum caput à Martii XXI. auctor ille repetit. Detractis 325. de 5832, restant 5507. Igitur anno 5508. exeunte, & ante Martium, à quo annus 5509. profectus est, primus annus ærae communis incipit. Quod si annus à Septembri incipiat; anno ipso ineunte 5509. primus Christi annus inuit: erat propositum. Hoc ipsum multò intelligitur magis ex characteribus triplicis illius computi. quod tribus à me propositis ultimam erat. Sic igitur Græci characteres istos erunt. Annos mundi per 28, & 19 partiti jubent: quotus erit annus cycli Solis, aut Luna. Sic eosdem annos per 15. dividunt, ut habeatur Indictio. Tametsi in primo computi genere unitatem adjiciunt. Itaque si annos 5493. per 28. dividas, exiit cycclus Solis V: si per 19, cycclus Luna IV. Si per 15, unitate addita; Indictio IV. Anni verò 5501, dant cycclus Solis 13; Luna 10, Indictionis 11. At anni 5509, cyclos offerunt, Solis 21; Luna 18, Indictionis 14.

Porrò in cyclis illis assignendis diligenter observandum erit illorum exordium. Neque enim civilis anni caput cum cyclorum initio concordat. Annus civilis à Septembri incipit unà cum Indictione cycli Solis ac Luna à mense verno. Maximus ab Aprilis Ecclesiasticum annum inchoat. Isaacus Monachus annum ratione cycli Solis, ab Octobri: ratione Luna, à Kal. Jan. incipit. Sed Maximi ratio illa communior est. secundum quam anni Constantinopolitanis duobus cyclis respondent. Exempli causâ annus Mundi 5493, quo natus est Christus, inuit cum Indictione IV, cyclo Luna adhuc labente I, Solis IV. quibus affectus est primis sex mensibus. post Martium, cycclus Luna II, Solis V. putari coepit. Quocirca anni computi hujus per utrumque cycclus divisi in priore semeltri unitate mutilandi sunt. Ita Natalis Christi vulgaris cum in priorem anni partem incubuerit, coepit cyclo Solis IV; Luna I. Indict. IV. quod neque Scaliger animadvertit: & vulgò prætermitti solet.

Ad methodum Indictionum unitas additur: si quidem ista à Septembri, non ab Aprilis ineunt; nisi per scriptorum imprudentiam. Docet hoc imprimis Maximus; ejusque rationem affert minime probabilis. nempe Indictionem anno Augusti secundo initium habuisse, mundi 5460. qui per 15. partiti dant 15. Unde cum idem annus sit Indictionis I, unitate minor est annorum mundi computus, quam Indictionum. Sed veram hujus instituti causam caput sequens aperiet. Anno itaque,

De characteribus in Græcis computis.

De calculo Indictionum in Græcis computis.

omnium sententia consari oportere libro sexto planum fecimus. Quod si quis vulgari modo per decadam accensionem ad aureum numerum componendas cenfer; longe tamen alia ratione id praescribere; quam ut ad Scaligeri commentum, & inventam ab eo Computorum Graecorum originem accommodetur. quod deinceps ostendemus.

Chronicon igitur Alexandrinum aliquot locis epactarum methodum ac novilunii investigandi rationem explicat; quam quidem à Martio mense deducit, & ab ejus xxi. die. Nam xx. primos dies perpetua lege ad epactas adjicit. Epactas autem non eodem modo computat. Quippe alibi populari calculo decem ad aureum cyclum Lunae labentem adjungit: aliàs ex Dionysii, Bedae, ceterorumque Computatarum praescripto, de-

pag. 177. cem ad anni superioris cyclum addit. Exempli causa anno mundi 3838, quo Exodum signat, cyclum pag. 473. Lunae XIX. numerat, cujus tribuit epactas xxx. Haec est plebeia epactarum methodus. At vero anno 5507. in quem Natalem Christi confert, cyclum Lunae computat xvi., epactas vero xv. Ubi epactas appellat dies re-

fiduos ex anno superiore, ac jam praeterito; quomodo pag. 513. & Dionysii, ac Bedae usurpare solent. Ita cyclo x. pag. 512. epactas assignat ix. & cyclo ix. epactas xxviii. Hoc igitur modo cum & à Martio epactarum ratio cinia procedant, & praeteriti anni residui dies assumantur, falsa erit Scaligeriana methodus, qua idcirco decurtatam aerae annis xiv. existimat, ut à Septembri epactarum progressionem facta, novilunia diebus suis redderentur. Nam in illa Chronici doctrina, epactae solae absque regularibus ullis, cum diebus mensis copulatae neomenias exhibent in primo mense. In ceteris regulares adhibentur: Aprilis videlicet I, Maio, 2, &c. Septembris, 7. Doceamus hoc uno, alterove exemplo. Esto cyclus Dionysianus xi., Constantinopolitanus x: epactae ex Alexandrino Chronico erunt ix. Ea porro cum xxii. Martii die, dant xxxi, sive Novilunium. At in Septembri iidem cyclis, epactae ix. cum xv. die Sept. & regularibus vii. totidem dies conficiunt, nempe xxxi. Item cyclo Dionysiano xi., Constantinopolitano ix, epactae xxviii. ex Alexandrini Chronici methodo cum tertio Martii die conjunctae dant xxxi. In Septembri quoque, additis regularibus vii., epactae xxviii. cum xxvi. Sept. ad quem cyclus Dionysianus xi., Constantinopolitanus ix. convenit, dies xxxi., sive Novilunium referunt. Ita cyclo Dionysiano xvii., Constantinopolitano xvi., epactae Chronici xv. cum xvi. die Martii dant novilunium. In Septembri eadem epactae xv. cum regularibus vii. & ix. diebus Septembris idem novilunium ostendunt. Apparet ergo nulla computi mutilatione opus esse ad lunares epactas procedendas, quae cum mensis, & regularibus Neomenias exhibeant: siquidem aera illa communis, cujus in annum 5509. Dionysianus Natalis competit, citra diminutionem ullam, idonea ad lunarem methodum epactas efficit. Quod si epactarum calculus à Septembri initium sumeret, tum quidem additis ad cyclum Dionysianum tribus, epactae propagarentur, quae cum mensis & uno praeterea regulari, xxxi. conflarent. Sed ex eo minime sequitur Constantinopolitanos computum istum illius rei causa xiv. mutilasse: cum, ut ostendimus, annus Natalis vulgaris non in annum 5495. aera illius decurtata, sed in 5493. incidat.

Postremo si in eadem aera, cujus annus 5509. vulgari Natali congruit, epactas plebeio more formaveris, additis ad cyclum anni labentis decem, tum praeter epactas, regulares assumendi erunt, & quidem plures: quemadmodum & in Dionysiano cyclo accidit. In quo epactae, quae ex aureis numeris confurgunt, regulares omnibus in mensibus exigunt. Esto cyclus Dionysianus ix., Constantinopolitanus vii.: epactae xvii. cum xviii. die mensis relinquunt v. Addendi igitur regulares xxvi. Sed haec methodus minus est priora illa probabilis.

Maximus in Computo, quem in calcem Operishujus conjecimus, epactas aliter instituit. Nos superiori capite docuimus, annum Natalem vulgarem aera in eo computo, quem sequitur Maximus, esse annum 5493: adeo ut cyclus Lunae in priore semestri Dionysianum excedat unitate: in posteriore planè cum eo confentiat. Nam & annus 6133, qui iniiit à vere anni Dionysiani 649., cyclum exhibet Lunae xv; cum Diony-

sianus cyclus in Septembri dumtaxat fit xiv; & annus 5493, quem in anno primo cycli Dionysiani, sive Periodi Juliane 4713. inchoari volumus, Lunae cyclum habet II: cum tamen Dionysianus cyclus ipso anni initio fit tantummodo I. Igitur epactae ex Maximi doctrina sic formantur, ut vulgares solent. Jubet enim cyclum per xi. multiplicari, & de collecto detractis duobus, residuum per xxx. dividi. Hoc modo cum annus 6133, per xix. divisus cyclum Lunae relinquit xv; epactae fiunt, duobus detractis, tredecim. Cur perpetua methodo duo subducantur, causam hanc affert Maximus, quoniam primus annus epactas habet tantum ix., non xi. Etenim annus à Kal. Apr. incipit. Neomenia porro anni primi lunaris iniiit Martii xxiii., & ix. diebus Kalendas sive anni epocham antecedit. Ridiculè verò Scaliger duo idcirco deducit, quod à temporibus Christi ad Maximum Lunae biduum anticipaverat. Hoc est absurdissimum. Nam ut

epactas lunarem observavit Maximus, non eam à Christi temporibus, sed à Niceno potius Concilio putare oportuit, quae est methodi Paschalis apud Christianos epocha. Ab eo verò tempore ad Maximum unius tantum diei excessus intercessit. Quam unius sanè diei antecessorem animadvertisse videri potest Maximus: idque ex eo subodorari licet, quod cum brevem & expeditam lunarium epactarum methodum proponit, considerare jubet quanta Luna sit III. Kal. Apr. hoc est xxx. die Martii. Atqui caput anni sunt ipsae Kalendae: & anno exempli causa cycli primo, epactae phi sunt xi., & xxviii. dies Martii novem tantum diebus epocham anni, id est Kal. Apr. antecedit. Itaque xxx. dies Martii octavam solum Lunam habuit. Epactae proinde cycli illius viii. fuerint, non ix, si tricesima dies Martii canon est epactarum. Ita cyclo Lunae xv; ut puta anno Constantinopolitano computo 6133, aerae communis 641, epactae debent esse xv. sed quod in primo cyclo duo subducantur, erant xiii. Ex illa verò Maximi regula, qua si mensis & ostendimus in III. Kal. Apr. epactae sunt, Lunae annus ille xii. epactas habet. Manifestè igitur unius diei Maximus agnovit, & ad veram Neomeniam unum diem de epactis detrahit. Qua quidem in Maximi methodo singulari observatione dignum illud occurrit, de cyclo Dionysiano tria detrahi ad formandas epactas; non, ut Scaliger placebat adjici: adeo ut cyclus ille, cui epactae Maximi phi respondet, sitidem cum Latinorum cyclo, & in Martio mense eadem epactae cum diebus mensis compositae sine ullis regularibus novilunium referant. Verbi gratia, cyclo xv., epactae sunt xii: quod & biduum ex perpetua regula detrahitur, & unus praeterea dies: quoniam tricesimo die Martii Luna est xii. Proinde cyclus erit xii, cujusmodi & Latinorum erat. Item cyclo iv., epactae sunt xi, quae proprie cyclo I. conveniunt. In cyclo verò Constantinopolitano, & Romano I., epactae Maximi sunt viii., cum tamen ex methodo vii. esse debuerint, sumpto ad saltum Lunae compensandum, cyclus Romanus I. uno die antevortitur, & ad xxiii. Martii diem describitur, cum ad xxiv. apponi debuerit. Veram annus ille, qui cyclum habet xix, & à iv. die Aprilis incipit, dies tantum habet ccccliii., ac xxii. Martii terminatur. Quo fit, ut cyclo xvii., xviii., & xix., eisque congruentes epactae versus mensis initia promoveantur: atque ita cyclus, exempli causa, primus longius à Kal. Apr. uno die removeatur, & epactarum numerum augeat. Hinc est etiam quod epactae cyclorum istorum cum mensis mensis triginta solum conficiunt, non, ut reliquae xxxi.: de quo alibi dicetur.

Itaque Argirus Monachus in Canone Paschali epactarum diversam viam ingreditur. Jubet annum propositum ab orbe condito per xix. dividi; residuum multiplicari per xi; quod collectum est, per triginta partiri, & ad summam addi III. Ita formantur epactae. Scribebat anno Dionysiano 1372. exente, quem annum numerat 6880. ab orbe condito; ita ut 6881. à Kalendis Januarii anni 1373. inierit, ratione cycli lunaris, quem à Jan. Kalend. auspiciat. Divisus 6880. per xix, restant II, epactae xxii. quibus addita tria dant epactas xxv. anno toto Dionysiano 1372. At neunte 1373, erunt epactae vi. cyclus enim iniiit III,

cujus

cujus

cujus

cujus

cujus

cujus

cujus

cujus

cujus

cujus

cujus

cujus

cujus

cujus

cujus epactae III. cum totidem ob methodum adjunctis dant vi. epactas anni 6881. Proinde Januarii xxv. novilunium: cum tamen Nicano novilunium cadat in xxviii., cyclo vi. Sed Isaac tempore ob epactas tri-dui ad xxv. pervenerat. Quocirca epactae Isaac sunt eadem cum lunariis epactis Latinorum veterum, quae ad mensis primi mensis addite sine regularibus dant aerae Lunae: Nam epactae vi. respondent cyclo vi: cujusmodi Latinorum cyclus ad xxv. Januarii appositus est cum cyclo Nicano ix. Sed de Isaac Argiri doctrina satis haecenus.

Concludamus ex iis omnibus plurimum in Graecis istis computis lapsum esse Scaligerum, ac nonnullos qui in illis explicandis operam adhibuerunt. Non enim illos rectè cum aera Dionysiana compararunt. Scaliger quidem in Notis ad Eclogas computi Maximi triplicem proponit aera à Graecis usurpatam, & in unaquaque discrimen addit, quo ab annis Christi discrepat. Annis ergo Christi propositis jubet addere differentiam ararum, & annum Christi. Ita annis 1597. adice 5494, habes 7091. aerae lunaris. Adde 5508, habebis 7105. aerae Paschalis. Adde 5500, habes 7097. aerae Orientalis. Rursus de priore aera duobus detractis, tam hanc, quam ceteras per xix, & xxviii. dividit, ut Solis ac Lunae cycli colligantur. Sed in sola secunda, quam Paschalem nominat, cujusque in annum 5509. Natalis communis incidit, vera est ista methodus. Quamquam si Chronicon Alexandrinum sequimur, annum ut & cyclorum caput non à Septembri, sed à Martio ducitur, quae res nonnullam varietatem adferre potest, & Scaligeri ratio cinia turbare. In reliquis duabus multum sententia fallitur. Neque enim Natalis aera vulgaris in ea, quam lunarem vocat, annum 5495. occupat; sed 5493. & frustra duo ad Lunae methodum subdaci praecipit: corrupto Maximi loco deceptus, qui cum initio Eclogae annum illum, quo scribebat, Heraclii xxxi., mundi 6133. esse dixisset; postea in capite Insuper, & aerae vulgaris 5495, ait esse 6135: sed errore manifesto; ut res ipsa loquitur. Quare falsum est, Natalem Christi aerae communis in annum 5495. competere. Falsissimum verò altera in aera, quam Orientalem nominat, incidere in annum 5501. Est enim Natalis Christi Constantinopolitanus huic anno congruat, non tamen Dionysianus, sive potius communis. Quippe, ut ostendimus, Natalis Christi Constantinopolitanus in hac aera nostro & communi septem annis tardior est: quod & alibi plenius explicabitur. Ideo Natalis communis ad annum pertinet 5493: nec istius comparatione ambae illae se invicem aerae discrepant; sed in unam, eandemque coalescunt, & eisdem denique Romanos cyclostam lunares, quam solares exigunt.

cujus

cujus

cujus

cujus

cujus

cujus

cujus

cujus

cujus

cujus

cujus

cujus

cujus

cujus

cujus

nologos omnes suis legibus, ac numeris adstringere solita illa confidentia, vel temeritate potius insituit. Ego verò ut illam à Scaligero initam annorum partitionem haud absurdam esse judico: sic eandem incertam, ac parum exploratam esse defendo: non modò ut aliter numerare Chronologis liceat, sed ut melior ac commodior temporum subductio quaerenda sit. Eiusmodi est enim quam illis locis adstruit. Primum ab orbis conditu ad Diluvium annos colligit 1656. à Diluvio ad natum Abraamum 292. Hinc ad Exodum, 505. Fiunt ab orbis initio ad Exodum anni 2453. Ab Exodo ad casum Sedeciae annos putat 907. à conditu rerum 3360. Totidem omnes uno ore Chronologos statuere dicit. Deinceps quot anni à Sedecia ad Christi Natalem fluxerint, haud ita certo colligit docet. Ipse verò manifestus, ut putat, argumentis ex Nabopolassar obitu, & Nabuchodonozoris initio deducit. Etenim Nabopolassar obit, ut scribit Ptolemaeus, anno Nabonassari 152. Per Jul. 4119. Is autem annus, quintus est absolutus ante casum Sedeciae, ut docet Ezechiel, proindeque anno Per. Jul. 4124, Sedeciae casus accidit. Deductis 3360. de 4124, remanet annus 764, in quo conditus rerum, & mundi Natalis statuendus. Atque Natalis aerae communis incidit in annum Per. Jul. 4713, ut capite I. libri hujus ostendimus. Igitur à conditu rerum ad Natalem aerae communis anni sunt 3949, menses tres. Mundi enim originem xxvi. Octobris attribuit anni Per. Jul. 764. Ita Scaliger; qui hanc annorum descriptionem adeo certam atque firmam existimat, ut ceterorum rationes futiles, & ineptas esse coniecturas affirmet.

cujus

cujus

cujus

cujus

cujus

cujus

cujus

cujus

cujus

cujus

cujus

cujus

cujus

cujus

cujus

cujus

CAPUT VI.

De conditu mundi, & annorum inde ad nos numero, ac putandi varietate, unummo creatum esse mundum.

Temporum intervallo, quae ab Orbis initio ad Christi Natalem intercedunt, variè Chronologi atque Historici digesserunt: sic ut neminem unum reperias, qui cum altero omni ex parte consentiat. Facit obscuritas rei, & argumentorum ad veri investigationem inopia, ut impune cuivis quod libitum erit opinari liceat. Neque id verò magnopere reprehendendum, dum ea moderatione agatur: primum ut ne certam illam, & indubitatam, quaecumque tibi praescripseris, temporis rationem esse velis: tum ut aliter sentire minime nefas arbitrerè, ceterorumve ratio cinia temerè condènnes. Quod utrumque tam hic, quam in Eusebianis Animadversionibus, & in Ilagogicis Canonibus à Scaligero commissum est. Quibus in locis cum sumam de annorum ab orbe condito numero sententiam explicasset, ac singula intervalla partitus esset, Chrono-

cujus

cujus

cujus

cujus

cujus

cujus

cujus

cujus

cujus

cujus

cujus

cujus

cujus

cujus

cujus

cujus

cujus

cujus

cujus

cujus

Numero annorum ab orbe condito cur certo sciri nequeat.

Principio annorum calculus omnis non aliunde, quam è factorum librorum monumentis petitur. In iis porro celebris imprimis occurrit Graecorum & Hebraeorum Latinorumque codicum varietas. Nam lxx. Interpretes Hebraeorum numerum in primo intervallo superant annis dlxxxvi., vel pluribus. In secundo intervallo ferè nongentis, in quo etiam Cainan quidam in generationum serie à Graecis intexitur, quem Hebraei Latiniqve praeterunt hodie verò frequentes Chronologi retinendum existimant, Lucae potissimum auctoritate commoti. In reliquis temporum spatii sua quoque, & haud paulò gravior difficultas cernitur; maxime in eo, quod ab Exodo ad Davidem, vel Salomonem extenditur. Nam Judicum tempora propè inextricabilem quaestionem continent. Adde regni utriusque successiones, quas libri Regum duo, totidemque Chronicon exhibent. Illic verò multis de causis intricata, & perplexa Chronologia est; neque multum inter peritissimos temporum de annorum numero convenit. Quarum difficultatum capita hoc in libro singillatim pertractabimus. Postremo omnibus annorum intervallis communis obscuritatis fege est; quod satis constare nequeat, quoties hic aut ille tot annos vixisse, regnasse legitur, utrum verentes & integri, an inchoati, solum, & labentes intelligendi sint. Solent enim Chronologi annos illos, qui in sacris libris memorantur, pro solidis, & completis accipere. cujusmodi fuerint necne, cum explorari certo nequeat, ad summam tamen ipsam non mediocriter pertinet. His de causis, aliisque quas

omittit

omittit

omittit

omittit

omittit

omittit

omittit

EX HEMETH

cujus

omittimus, fieri non posse dicimus, ut annorum numerum, qui condito ab orbe lapsi sunt, certo, ac sine errore, vel saltem dubitatione statuamus. Proinde conjectura, & probabili ratiocinatione opus est. qua si contentus esset Scaliger, neque aut opinionem suam certissimè scientiæ, demonstrationisque loco proposuisset: aut reliquos omnes calculos tam fidenter, & acerbè damnasset, tolerandus utique fuisset. Nunc ejus & ancipiti in re odiosa fiducia est; & putatio ipsa minus exacta. Quod postea per singula capita declarabitur. Nos verò primum illud tenentes, nihil certi de accurata annorum summa peruestigari posse: quod reliquum est, verisimilem, ut quidem nobis visa est, rationem inibimus.

Quocirca annos ab orbe condito ad aram Dionysianam fluxisse credimus 3983. Quam opinionem nostram alteri quoque ante nos in mentem venisse postea comperimus. Munsterus enim in Computo Hebræorum, pag. 7. cum varias de mundi conditu sententias percerisset, Carolum quendam Boëllium ait annos numerare 3984. Intervals porro ita describimus. Ab orbis initio ad Diluuium anni 1056. A Diluuium ad Abraam ortum 292. Hinc ad Israëlitarum migrationem ex Ægypto, anni 505. sunt ab orbe condito ad Exodum anni 2453. Deinceps ab Exodo Salomonici Templi fabricationem, annos numeramus 520. ubi communi ab sententia necessariò discedimus. A conditu Templi usque ad laxatam Babylonicam servitutem, anni 474. Hinc ad Christum, 536. Fiunt ab orbe condito ad Christi Natalem, anni completi 3983. cum mensibus tribus: ita ut Natalis in 3984. incurrat, si annorum caput ab Autumno repetatur. Hanc nobis summam, & singulorum intervallorum putationem certis argumentis persuasimus quæ sparim, ac suis locis explicabuntur. Neque verò opinioni isti penitus confidimus; aut libertati cujusquam detractum volumus, quò minus aliter sentire ipse, ac pronunciare possit. Quibus de causis tutiorem illam Chronologiam, & liquidiorem esse duco, quæ ad annos mundi, si quidem præterire nosit, Julianæ Periodi annos adjungit. Quæ cum ex triplici caractere methodi gratia contexta sit, annos singulos propriis quibusdam notis ac signis afficit, qui sunt illorum indices, & memoriarum rerum, sublata omni perturbatione, fidelissimè conservant. Hoc adempto præsidio, cæca & obscura est Annalium series; nec nisi per ambages annorum situs explorari potest. Ut si ego primam Olympiadem anno mundi 3208. celebratam esse dixero, nihil admodum profecero; nisi & annorum numerum adiciam, quem ad aram Christianam fluxisse statuam. de quo cum tam variæ sint Chronologorum sententiæ, varias itidem epochas adnotari necesse est. Quæ res fastidium ac molestiam parit. At qui Periodo Juliana uti velit, cum in ea semel epocham aræ Dionysianæ fixerit, quemcumque deinceps in annum mundi Natalem consecerit, quantum is ab aræ vulgari distet, uno momento perspiciet. Quamobrem nos in omni re Chronologica Periodi Julianæ adminiculo libenter utimur, præsertim hac in Operis parte, qua insignes omnes temporum epochas persequimur. Quarum cum princeps ea sit, quam hoc capite proponimus, primam omnium suis caracteribus, hoc est, Julianæ Periodi certo anno assignabimus.

Diximus Natalem Christi communem ex ratiociniis nostris incidere in annum mundi 3983. quæ summa singulorum ex intervallorum spatiis colligitur; de quibus erit postea dicendi locus. Cum ergo Natalis idem in Periodo Juliana annum occupet 4713. cyclo Solis 1x. Luna 1. Indict. Romana 111. si de 4713. deducas 3983. reliqui erunt anni 730. Itaque primus annus orbis conditi erit Julianæ Periodi 731. Ac si mundum creatum censetas verno tempore, indeque annos incipias, aut certè à Kalend. Jan. more Juliano, erit, uti dictum est, primus annus mundi septingentesimas trigesimas.

* Novilunium medium, Lutetia Octob. 12. horâ 13, 13, 23. Hierosolymæ horâ 16, 1, 23. Plenilunium Lutetia Octob. 27. 7. 33, 25. Hierosolymæ 27. 10. 23, 25. Severianus Gabalitanus, Oratiõne 111. de Nilo periphrasim credit Lunam plenam esse factam, pag. 602. Ed. Savil. & multa differit de undecim Epactis Lunæ. Petrus.

cessimus primus; Natalis verò Christi 3983. exiens. Sin est ut mundi conditum ad Autumnum referas, indidèmq; annos ordiari, mundus quidem anno 730. creatus est; Christus verò anno 3984. inuenta natus. At si annorum caput in Januariæ Kalendas conferas, mundus creatus erit anno exeunte 730. Christus anno 3983. natus, itidem exeunte. Quare perpetua methodo ad annos mundi adijce 730. ut annos Julianæ Periodi conficias ex a. d. Kal. Jan.

De anni cardine, in quem procreatio mundi convenit, lis est inter Chronologos; nec minor apud Philosophos quæstio. Quorum plerique vernam tempestatem præferunt: alii censent autumno creatum esse mundum. Pro se quique & argumentis suis certant, & contrariâ labefaciunt. Nos in ea semper opinione fuimus, ut autumno potius quam vere producendum esse mundum arbitraremur. Quod idem & Scaliger in posteriori editione placuit, cum in priori verno tempore id accidisse scripserit. Idem censet & Serrarius noster in caput v. Josue, Quæst. xxvii. nec abhorret Pererius. Movet me verò ut ita sentiam potissimum istud, quod ante Moysen anni caput erat in autumno. Etenim Exod. xxiii. 16. jubet Moyses Tabernaculorum festum celebrare mense septimo 22, 23, in exitu anni. Et cap. xxxiv. 22. eandem celebritatem indicit 22, 23, anno vertente. Neque dubium est quin primus Moyses Dei jussu anni principium ad Nisan trajecerit: quod primitivè institutum Exodi xii. 2. Proinde ante Moysen aliud erat initium, quo veteres Patriarchas usos esse, idque ab rerum exordio 22, 23, mansisse, nemo iure dubitaverit. quod & Josephus confirmat lib. i. Orig. cap. iv. Quæ in veris gratiam afferuntur in Annalibus, & scholastico more pinguntur, magis nos specie ipsa, & venustate delectant, quam disputationis momentis, ac ponderibus inflectunt. Quocirca nec in illis discutendis, aut refellendis habebimus. Satis habemus, quod probabilis videtur, in medium adducere. Qui aliud existimet, & contrariam partem assermet, non magnam rem fecerit. Neque enim utram in partem inclines magnopere interet.

* Tempus conditi orbis in ipso Libræ cardine constitutum; qui ex æquabilis anni methodo convenit xxvi. Octobris. Anno verò Periodi Julianæ 730. littera Dominicalis fuit E, Cyclo Solis 11. Luna 1x. Quare Octobris xxvi. feria prima; quo die mundi fabricationem aggressus est Deus. Plenilunium medium ex Tabulis nostris incidit in Octobris xxvi. feria 11. hor. 9, 5, 42. à media nocte. Verum autem hora 8, 47. circiter. Luna itaque paulò infra plenilunium condita fuerit, quarto die, qui est Octobris xxix. Quamquam Augustinus libro Imperfecto de Genesi ad litteram, cap. xiiii. absurdum esse judicet, Lunam plenam primitivè esse factam, quasi non nos à prima, sed à sexta decima, vel quintadecima numerandi sumamus exordium. Et in Lib. 11. de Genesi ad litteram cap. xv. neutrum se dicit asserere. Nihil interest quæ specie Luna primitivè condita dicatur: præsertim cum de anno, quo revera mundus creatus est, certo nemini constare possit. Pro nostra tamen conjectura dici illud potest; consentaneum videri, uti Deus Lunam in eo aspectu, ac schemate produxerit, ut infra plenilunium esset: nempe ut primo totius opificii die, decima quinta, si tum foret condita, numerari posset. Primam ergo Lunæ speciem ad usum civilium temporum, ac lunarium mensium direxit; itaque procedere iussit, ut primus orbis conditi dies civile plenilunium, hoc est decimam quintam Lunam obtineret. †

CAPUT

† Addit in exemplari suo Petrus: Quod si veriores Luminarium motus ex Parisiis Tabulis inquirantur, Aequinoctium verum contigit Hierosolymis Octobris xxiiii. feria v. horâ 21, 52. Novilunium porro verum Octobris xiiii. horâ 11, 25. Unde Luna xi. Octobris xxvi.

CAPUT VII.

Expenditur Sæculi epocha mundi ex apogei progressu; qua ad opinionem nostram accommodatur.

CHRISTIANUS Longomontanus, qui ante tricenarium Danicam Astronomiam ad Tychois Brahe observationes exactam edidit, lib. 1. Theoricorum cap. 11. & 111. certa ratione mundi se natalem annum reperisse putat; ex apogei situ, quem initio rerum existitisse probabile est. Sic enim arbitratur: non variari Solis exeregentis; sed eandem, & immutabilem esse, qualis est 35714. ad 1000000. vel unius ad viginti octo: moveri autem quotannis apogæum serup. 1', 1'', 50''' 14'''. Quamobrem cum apogæum Hipparchi sæculo, id est anno Periodi Julianæ circiter 4557. inventum sit in gradu Geminorum 5, 30'. vel ut ipse restituit in gradu 5, 16'. Tychois verò tempore in gradu Cancri 5, 30'. si motum illum proportionem distribuas, anno ante Tychois observationem, quæ in Christi 1588. incurrit 5554. fuit apogæum in principio Arietis; perigæum in principio Libræ. Est autem verisimile, Solis apogæum initio rerum in nobilissima illa Signiferi parte fuisse constitutum.

Sed nihil certior hæc est ratio demonstrandi rerum ortus, quàm quæ per Historia intervalla procedit. Nec enim liquidò convenit de æquabili motu summæ apsidis; neque quanto tempore gradum unum percurrat: uti Libro iv. fuisse disputatum est. Præterea demus annum, ut putat Christianus, mundi 3810. qui est Periodi Julianæ 4557. apogæum in gradu 65, 16'. fuisse. Igitur in annis 1744. qui ab illo tempore ad annum Christi 1588. interjecti sunt, progressum est gradu 30, 14'. Proinde ex regula proportionis, in annis 5509. fere conficiet gradus 95, 30'. Atqui annos idem ille auctor assignat 5554. Quod si Hipparchi sæculo præcisè apogæum erat in gradu 65, 30'. & annorum 1744. intervallo processit gradus 30. ex eadem proportionis regula confurgit quidem anni 5551. ab Orbis initio ad Tychois ætatem. verum cum Christianus non in scrupulo 30'. sed in 16'. per illud tempus versatum esse censeat, ejus ratiocinia minimè procedunt.

At epocha nostra, quæ anno mundi 3983. Natalem Christi communem assignat, ex illa ipsa summæ apsidis progressionem sitaque longè firmitus adstruit. Etenim

ut Hipparchi tempore in gradu Geminorum 5, 30'. revera constitutum apogæum esse velimus, id non anno Periodi Julianæ 4557. præcisè convenit potius, quàm anno 4552. quo Hipparchæum omnium præcipuum prima consignatur. Igitur fingamus anno antecedente, id est Periodi Julianæ 4551. apogæum in gradu 65, 30'. ab æquinoctio versatum fuisse. Intervallum ad annum Periodi Julianæ 6301. qui est Christi 1588. sunt anni 1750. quo spatio gradibus 30. apogæum progressum est. Jam si gradus 30. postulant annos 1750. gradus 95, 30'. auferent annos fere 5571. hoc est 5570. Proinde vel ex Christiani Longomontani ratione non minus nostra, quàm ipsiusmet opinio comprobatur. Est enim annus Christi 1588. ab Orbe condito secundum putationem nostram 5571. Sed, ut ingenue quod res est profitear, non magnum præsidium arbitror in illa progressionem apogei alterutram in partem esse positum: cum ob incertam apogei variationem. tum quòd minimè constet, utrum Hipparchi, an Ptolemæi sæculo magis ille situs apogei conveniat. Vide quæ de hac re lib. iv. cap. xx. supra disputavimus. Quòd si verus esse potest calculus noster, ut in annis 5571. gradus 95, 30'. apogæum confecerit: motus ejus annuus, peræquatione facta, confurget 1', 1'', 42''' 11''.

CAPUT VIII.

De Diluvii epocha: ac primivè de annorum ab Orbe condito putatione ad Diluuium.

ANNORUM, qui ab rerum primordio ad Diluuium fluxerunt, numerus ex generationum, quæ à Moyse describuntur, serie, ac successione pendet. In quo Græcorum ab Hebræis, ac Latinis voluminibus tritum est, & vulgare discrimen. Latinorum, Hebræorumque calculus annos efficit mclvii. Græcorum ratiocinia variant; & ut hodie existant, depravata videntur. Vulgò enim annorum summa conficitur mccccxii. At olim viginti amplius, hoc est mccccxiii. imputabantur. Autor Libri de Mirabilibus factæ Scripturæ lib. ii. cap. iv. annos dumtaxat mcccc. uti supra cap. 111. referebamus. alii aliter numerant. Nos amobrum maxime summas, Græcorum videlicet, & Hebræorum in Laterculum conferemus: additis etiam Samaritanorum, & Africanis numeris, quos ex Georgio Monacho collegit Scaliger, & in Eusebiana Græca coniecit.

LATERCULUM ÆTATIS PATRIARCHARUM ab Orbe condito ad Diluuium.

Generant anno ætatis secundum	Vixerunt postquam genuerunt secundum					Vixit totius tempus secundum	
	Lxx. Interpret.	Hebr. & Latinos	Samaritanos	Africanos	num.	Lxx. Interpret.	Hebr. & Latinos
Adam	230	130	130	230	700	800	930
Seth	205	105	105	205	707	807	912
Enos	190	90	90	195	715	815	905
Cainan	170	70	70	170	740	840	910
Malaleel	165	65	65	165	730	830	895
Jared	162	62	62	164	800	800	962
Enoch	165	65	60	165	200	300	365
Mathusalem	167	187	67	185	802	782	969
Lamech	188	182	53	188	565	595	753
Noë	600	600	600	600			777
Summa	2242	1656	1302	2267			

Ex Græcorum putatione, quæ in quibusdam libris extat; magnum absurdum sequitur; nempe Mathusalem quatuordecim annis Diluuium superfuisse. Vixit enim annos 969. anno verò 167. genuit Lamech: Lamech anno ætatis 188. genuit Noë. Consiunt anni 355. Adde 600. quibus Noë Diluuium antecessit, colliguntur anni ab ortu Mathusalem 955. Atqui vixit 969. Quare post Diluuium quatuordecim annis superstitis fuit. Mendum igitur est in Septuaginta Interpretum editione, & pro 167. Mathusalem repo-

endus Latinorum numerus 187. ut in quibusdam exemplaribus legitur. Ita sicut in totum anni 2262. Quæ est Epiphani, Chronici Alexandrini, aliorumque summa: imo etiam Africanis, eodem teste Chronico. Quamvis in Excerptis Eusebianis quinque amplius imputet. Sed altera summa germana est, & ab ipsis lxx. concepta. Quæ sit porro tante Græcorum inter, & Hebræos varietatis causa, in Chronicis & Annalibus accuratè differunt. Nunc ad Diluuii epocham accedamus.